Handschrift

Seite 106v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8405
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



insigne qd habebat inqt daniel hyrcus int oclos suos Puer namq acri
mis eruditus fuisse dicit litterarum studijs Et deinde p quinquennium cre
uisse subaristotile omni phylosophorum nobilissimo doctore Adeptus
imperium regem se terrarum omnium ac mundi appellari iussit Tante superbie
fuit ut de se plus quam de homine censeri iubet Et idipsum matrine sue con
ceptionis obprobrium. qd iam ante nullis auditum fuerat verteret in gloriam
sibi Denique ut aiunt idem scriptores phylosophus ultimo prope uite sue
tempore filium suum non esse palam predicauerat qua ex causa olimpiadem
velud stupri comptam repudiauerat Siquidem ipsa olimpias phylippo
confessa fuerat allexandrum se non ex eo. sed a serpente ut iam dictum est ingen
tis magnitudinis concepisse qd non erat aliud nisi adulterium necca
nabi per maleficia transfigurati se que esse ammonem dicentis Igitur allex
ander cum ad iouem ammonem pergeret responsa petiturus de euentu
futurorum et origine sua. cupiens diuinitatis originem acquirere simul et matrem
infamia liberare Per premissos subordinat quid ab antistite templi
sibi respondere uellet Ingredientem templum statim antistes sicut fuerat
Pordinatum salutat ut ammonis filium Ille letus quasi dei adoptionem
hoc se patre censeri iubet Rogat deinde an omnes interfectores parentis
sui sit ultus Fuerat namque phylippus inspectaculis a quodam
nobili iuuene nemini suspecto obtruncatus Respondet patrem eius
ne interfici nec mori posse regis phylippi pene pactam ultionem Comi
tibus quoque eius hoc fuit responsum ut allexandrum pro deo non pro rege
colerent Obtantam cordis eius superbiam reor sic visum et sic dictum quia
hyrcus caprarum Veniebat ab occidente super faciem totius terre et non tan
gebat terram Ut sit sensus Quia generationem suam non terrenam sed diui
nam censeri volebat Nam et moriens ad postremum in templo am
monis ut pote patris sui dei corpus suum condi iussit Capitulum xiii

Quomodo allexander Jherosoli
mam venerit et principem
sacerdotum vestibus sacris
indutum veneratus sit

Nec dum causa commeruerat ut hyrcus ille scilicet regnum grecorum iudam
et ierusalem temploque nuper deruina et igne chaldeorum resuscitatum
deuastaret neque cornu illud ad hoc fuerat deputatum ut faceret qd fa
ciendum erat per aliud cornu eiusdem hyrci iuxta visionis supra memorate
mysterium Sciendum quippe non nisi ob causas manifestas. non nisi
obstelera grandia contigit ut ut nabuchodonosor locum illum prius
ut antiochus desertum redderet posterius Causas precedentis idem baby
lonie tempestatis suo loco diximus causas sequentis post modum dicemus